



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 158. Manfredus Dominicanus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-66272)

§. CLVII.

Sæcul. XV.  
A. C. 1419.

*Obitus Balthasaris Cossæ, dicti Joan-  
nis XXIII.*

**H**is tamen honoribus exiguo admodum *Platin.* in tempore utebatur ; quippe vigesima *vit.* *Pontif.* secunda Decembris die sexto exposit *Martin. V.* Men- se mortalitatem exuit. Senex Cosmas de Medicis insignis ejusdem Amicus, cuius ævi non modo in Italia, sed forte in universo Orbe divitiis, atque magnificen- tia celebratissimus, Balthasaris exequias tam splendida decoravit pompa, ut sum- morum Pontificum funeribus majori honore ac Majestate parentari haud potuif- set; idemque defuncto celeberrimum in Ecclesia S. Joannis monumentum poni curavit.

§. CLVIII.

*Manfredus Dominicanus.*

**C**um Papa Florentiæ ageret, Domini- *Antonin.* canus quidam, nomine Manfredus, *tom. 20. c. 7.* Vercellensis, vir pietatis fama clarus An- *§. 8.* tichristum proxime venturum annuntia- bat, argumentis ex Apocalypsi mutua- tis, quibus magnam Virorum, mulie- rumque copiam tanto percutit timore, ut relictis omnibus suis bonis, tertium S. Dominici Ordinem amplectentur, at- que Viri a conjugibus separati, sub disci- plina

Sæcul. XV. plina dicti Manfredi, ex labore manuum victimum quærentes, novum vi-

A.C. 1419. tæ genus instituerent, divinum officium magna cum devotione persolventes. Pontifex autem veritus, ne successu temporis ejusmodi Congregations in Ecclesia Dei nova afferrent mala, eas abolevit, & singulos sodales domum suam repetere jussit, eisque Eleemosynas conferri prohibuit, nec tamen hoc institutum funditus evellere potuit, ob ferventissima populi in Manfredum studia, quamvis S. Bernardinus Senensis Ordinis S. Francisci, illum in Concionibus suis impugnasset.

## §. CLIX.

*Mors S. Vincentii Ferrerii. Ejus opera.*

*Ap. Surium* **S**anctus Vincentius Ferrerius quinta A.  
5. April. prilis hujus Anni Venetiæ in Britan-  
nia ad cœlos migrasse creditur. Jam plu-  
ribus in locis hujus Sancti mentionem  
fecimus, impræsentiarum duntaxat de  
ejusdem scriptis loquimur, quæ omnia  
typis excusa, & pluribus editionibus Ul-  
mæ, Coloniæ, Argentorati, Lugduni, &  
Venetiis publicæ luci data fuere. Potior  
eorum pars sermones complectitur, qui  
gravitate Apostolici ministerii, ac Viri  
sancti-